

LIBER  
EX LEGATO  
SERENISSIMI PRINCIPIS  
LVDOVICI,  
DVCIS WVRTENBERGIAE,  
FRIDERICIANAE BIBLIOTHECAE  
ILLATVS.



PIS

IAE,  
HECAE









ASTROSCO-  
PIUM.

Pro facillimâ stellarum  
cognitione noviter exco-  
gitatum, & commentario-  
lo illustratum:

à

WILHEL-  
MO SCHICKAR-  
do, Sanctæ Linguæ apud  
Tubingenses Professore  
publico.

Nunc demum in com-  
modum Reipublicæ Lite-  
rariæ locupletius ador-  
natum.

STUTTGARDIÆ.

Typis Kauttianis:

Anno Christiano:

M. DC. XLVI.

Psalm. 19. vers. 1.

Cœli enarrant gloriam Dei,  
& opera manuum ejus an-  
nunciat firmamentum.

Psalm. 146. vers. 4.

Dominus numerat multitudi-  
nem Stellarum; & singulas  
suis nominibus vocat.

Cicero Lib. 2. de Na-  
turâ Deorum.


Quid enim potest esse tam a-  
pertum, tamque perspicuum, cum  
Cœlum suspeximus, cœlestiaque  
contemplati sumus, quàm esse ali-  
quod Numen præstantissimæ men-  
tis, quo hæc regantur!

Lectori
































LECTORI ASTROPHILO  
Salutem!

EDIDIT Anno æræ Chri-  
stianæ M DC. XXIII.

WILHELMUS SCHICKHARDUS,  
Professor Tubingæ Clarissimus, Vir  
Linguarum, potissimum Orienta-  
lium, & rerum Mathematicarum  
longè peritissimus, Germaniæ nostræ  
lumen & decus singulare, *πῦν ἐν ἀγίοισι*,  
ASTROSCOPIUM mirâ inventione  
succinctum, & ad Stellarum cog-  
nitionem expeditam facillimum; in  
formâ quidem satis exili, quam ta-  
men ipse, nisi tristissimo Patriæ pa-  
roxysmo impeditus, & morte præ-  
maturâ abreptus fuisset, majorem  
confecisset, & literato mundo com-  
municâisset. Multi enim visus debi-  
litate laborantes, nocturno cum pri-  
mis tempore, majusculam formam  
jam dudum optarunt: Alii Stellarum  
numerum amplio rem desiderârunt  
)?( 2 Non



Nonnulli plura ex factis Literis nomina asterismis indi posse censuerunt. Cùm verò neminem hæctenus viderimus, qui istud negotij in se reciperet, nobis placuit illud in gratiam Reip. Literariæ attentare, ut iteratâ hæc nostrâ Editione multorum desiderio satisfaceremus, & inopiam Exemplarium suppleremus. Summa quidem votorum fuit, integrum Commentariolum, uti primitus ab Authore editum erat, literis Hebraicis pariter atq; Arabicis exornatum, Typis exscriptum publicare: at' quia Typographia nostra novella Hebraicis characteribus caret, & Arabicæ Literæ injuriâ temporis interierunt, æquanimus Lector substitutis Literis Latinis acquiescat. Quæ verò à nobis in ASTROSCOPIO addita sunt, coronidis loco indicabitur in fine commentarioli Schickhardiani. Ita vale Lector ASTROPHILE, & Cœlestes illos Stellarum exercitus sedulò contemplare, atq; occasione Cœli Stellati admirandam Creatoris Majestati tempie nobiscum meditare!



Uod hoc præ-  
 senti, omnium  
 penè studiorum  
 Majo, sola pro-  
 pemodū Astro-  
 nomia sequius floret, in causa  
 est non Ignaviæ tantum gelu  
 quoddam apud aliquos, & fri-  
 gidius de Mathesi iudicium,  
 sed vel præcipuè (ut mihi qui-  
 dem videtur) Instrumento-  
 rum penuria, incommoditas,  
 & rectè utendi ignorantia.  
 Cùm enim hujuscemodi artes  
 Schematum apparatu maxi-  
 mè indigeant, Globus verò su-  
 perioris cœli effigies, mecha-  
 nicâ necessitate convexus ad-  
 ornetur, fieri non potest, quin  
 multa difficultate implicen-

A tur,



tur quicumque cum cavo cœlo conferre satagunt. Nam quia oculus noster stellas, in interiori cœlorum facie disseminatas, ex domicilio suo, quasi centro universi contemplatur, sursum intuendo, non verò extra hunc mundum constitutus deorsum spectat, ideo necesse habet, ut convexos globorum Asterismos imaginando invertat, cumque dextris sinistra permutet, manente tamen eadem distantiarum proportione; quod sanè non cuiusvis est tyronis, sed & quandoque exercitatis negotij non nihil faceffit. Eapropter huic difficultati medelam adhibiturus ego, pridem commentus sum cavos globos, trifariam apertiles, pronis, non  
supinis



supinis imaginibus insignitos,  
 & nostrum ad obtutum unice  
 accommodatos, horumq; spe-  
 cimen minusculū ære dudum  
 exsculpsi: quod non literatis  
 tantum, sed & Principibus  
 placuisse viris gaudeo. Verum  
 ut inventis addere facilius est,  
 subierunt mentem hæctenus  
 δευτεραι φρονιδες meliores, quâ  
 nimirum ratione multò com-  
 pendiosius ad eundem scopum  
 pervenire, atq; stellas ex sim-  
 plicissimâ chartâ leviter tan-  
 tum convolutâ, promptius di-  
 gnoscere liceat. Quamvis e-  
 nim illa prior inventio, rotun-  
 ditati cœlorū verius congruat,  
 quia tamen ejus exemplaria  
 difficilius in orbem congluti-  
 nantur, nec ubique peritum  
 artificem reperiunt; istud verò

recentius commentum, paratu multò facilius est, & commodius quoque tractatu, illud ipsum meritò priori longè prætuli. Vocavi autem ab usu ἀστρονομίον, nomine cum ipsâ re noviter (nec tamen insolenter) enato. inde spero, id assequentur studiosi unicâ nocte, quod antea plurimarum vigiliis ex globo non valuissent. Cæterùm dignum est hoc studium, in quo generosissimi quique & præstantissimi exerceantur. Si olim Abrahamo, Loto & Amos astra contemplari libuit; si Divum Paulum non piguit Astronomica Solensis Arati Phænomena, quântumvis Gentilitium fabularum plenissima lectitasse: Si Alphonsum Hispaniæ regem hæc cura non puduit



puduit; si nostrâ ætate Illustris-  
 simos Hassiæ Landgravios, no-  
 bilissimos Tychones hæc oc-  
 cupatio non dedecet, quânam  
 id fronte probri loco habe-  
 bunt ignava quædam pecora,  
 & indigna, quibus frustra Deus  
 os sublime dederit, arrectosq;  
 ad sidera vultus finxerit, ut  
 cœlum intueantur! Nempe nõ  
 ita quæstuosum est aut pompo-  
 sum, ut aliquæ artes hodiernæ,  
 queis avidius vulgò inhiant,  
 brutorum more semper proni  
 in terram incumbentes, ne sci-  
 licet cœlestium splendor ocu-  
 los obfuscet. Quod apud cæ-  
 teros veniam meretur, eos ve-  
 rò qui ex Ephemeridibus lucrì  
 causâ, Geneses & Calendaria  
 confarcinant, inexcusabile &  
 turpissimum est, non posse in

A § cœlo

cælo vel famosum illud caput  
 Algol monstrare, ex cuius ta-  
 men positu tot dira mortalibus  
 tam tragico vultu minantur &  
 ominantur. Quâ in re ipsos an-  
 tecellunt opiliones, aurigæ,  
 tabellarij, nautæ, qui quòd  
 multum sub dio versantur ple-  
 runque caniculam, pleiades,  
 utrumque Plaustrum, & exin-  
 de noctis horam exactius sci-  
 unt, quàm hæ talpæ. Quantò  
 laudabilius olim perspicacissi-  
 mus ille Hipparchus, qui post-  
 quam sidus ævo suo genitum  
 deprehendisset, ausus est rem  
 (ut Plinius ait l. 2. c. 26.) etiam  
 Deo improbam, annumerare  
 posteris stellas ac sidera ad  
 normam expangere, organis  
 excogitatis, per quæ singulorū  
 loca atq; magnitudines signa-  
 ret.



ret, ut facilè discerni posset ex eo, non modò an obirent nascerenturque, sed omninò aliqua crescerent minuerenturque, cœlo in hæreditatẽ cunctis relicto, si quisquam qui rationem eam caperet, inventus esset. Hujus industriam nos æmulari decet, qui supra rusticos sapere volumus, stellasque in numerato habere, ne quid nobis insciis inter astra contingere possit. Quis magis in oriente natalitij sideris novitatem persuasisset, nisi veteres jam probè internovissent? Et quotusquisq; est inter nos, qui prodigiosæ illius in pectore Cygni, hodiè viginti tres annos natæ stellulæ interitum animadvertat? quæ cum Anno 1600. primum exoritur,

A 4 tertiæ

tertiæ magnitudinis socios æ-  
 quiparabat, nunc mihi vix sex-  
 ti honoris esse censetur; &  
 quandoquidem illæ diametro  
 suo minutum integrum, hæ-  
 verò tertiam ejus partem sub-  
 tendunt, jam ratione totius  
 corpulentæ ter-ter-ter de-  
 crevisse, hoc est, vicesies sep-  
 ties minor facta esse concludi-  
 tur, adeoque ad totalem ex-  
 tinctionem properare. Quod  
 sanè miraculosum & ruentis  
 mundi præfagum Dei opus,  
 consideratione omninò dignif-  
 simum est, nec ita negligi de-  
 ceret. At per supinos contem-  
 platores hodiernos, non ista  
 tantum evanescere, sed vel  
 fulgidissimus Orion è cælo se  
 subducere, adeoque ipsis neu-  
 tiquam sentientibus, mundi  
 pars



pars aliqua interire posset. Id ne citra nostram animadversionem contingat, sed ut astro-  
 rum notitia studiosis quàm facillima & simplicissima fiat, placuit hujus Astroscopij, minusculum nunc specimen in vulgus dare, & cum illis, à quibus multipliciter rogatus sum, liberaliter communicare: ut aliquando etiam, postquam doctorum & artis peritorum hominum, (quibus totum reverenter subijcio) censuras atque emendationes collegero, majori formâ ornatus edere possim. Interim nè sic nudum prodire vereatur, placuit brevissimo isthoc commentariolo vestitum in lucem emittere: qui & in genere aliquid de stellis moneat, & in specie de

A § hujus

hujus inventi ratione , scopo  
& usu Lectores edoceat.

---

1. Stellarum notitia quasi  
Alphabetum est Astronomiæ,  
quod hisce sacris initiatus, pri-  
mò omnium tenere debet. Ita-  
que præposteri sunt, qui post-  
quam multa de motibus garri-  
re didicerunt, nondum tamen  
vel gry quidem internoscunt,  
quando sub cœlū in rem præ-  
sentem evocantur.

2. Non autem omnia stellæ  
sunt, quæ tales putantur. Ap-  
parent enim interdum spurix  
faces, velociter discurrentes,  
quas nominatenus tantum &  
à specie cadentes stellas vo-  
cant, cùm tamen revera non  
sunt, neque ulla in cœlo seor-  
sim tali repentino motu cie-  
tur,



tur, locumve mutet. Exuenda igitur est opinio vulgi, quòd cadant, vago motu ferantur, aut omninò pereant; atq; hoc totū Meteorologis relinquendum.

3. Verarum quidem aliquæ  $\text{♃}$   $\text{♄}$   $\text{♅}$   $\text{♆}$   $\text{♇}$  peculiari, vario, & (ut tyronibus quidem videtur) inordinato motu incedunt, unde etiam Planetæ vel Errores appellantur, ob id ipsum in schemate non appicti. At pauca sunt, & mundo coævæ, ac facilè dignoscuntur, ut infra dicam. Nunc mihi præcipuè res erit cum Fixis.

4. Illæ hærent omnes in uno & extremo mundi pariete, qui sic concipiendus est imaginatione, totum hoc universum sphaericè ambire. Fortè tamen  
una

una profundius in cœlū ascendit, quam altera. Existimat enim Tycho Brahe, progymn. Tom. i. pag. 483. consentaneū esse, ut aliquæ secundi status reverâ æquiparentur stellis primi ordinis, vel tertianæ secundanis, at propter majorem à nobis distantiam opticè minores appareant. Nec tamen admittit tàm amplam cœli vastitatem, ut ulla sextæ, propter solam elongationē toties minor evadat primâ. Posceret enim id intervallum undecuplo longius, quod omnem fidem excedit.

5. Servant autem omnibus seculis eadem semper interstitia. Quas enim Ptolemæus l. 7. Almagesti Propos. i. trecentis ferè annis post Abrachin (h. e. Hippar-



Hipparchum) in unâ lineâ re-  
 ctâ constitutas reperit, easdem  
 & nos etiamnum hodie totis  
 14. seculis serius in eâdem li-  
 neâ invariabiliter dispositas  
 cernimus, nempè Capellam,  
 sinistrum pedem Erichtonij &  
 Aldebaram: Item eandem Ca-  
 pellam cū Aurigæ dextro pe-  
 de, & Orionis humero sinistro  
 propemodum. Aliasq; plures  
 quas apud Tychonem quoque  
 p. 235. invenies.

6. Progridiuntur unâ si-  
 mul omnes, quemadmodum  
 eadem navis diversas merces  
 vehit, suis tamen locis reposi-  
 tas, nec collidit. Nisi quod cir-  
 cumpolares tardius volvun-  
 tur, perinde ut in plastro lu-  
 tum propè axem rotæ lentius  
 circumagitur, quàm quod ex-  
 tremo.

tremo limbo adhæret. Quò propior aliqua polis est, eò minori ambitu circuit, adeò ut si qua in ipso polo consisteret, gyraretur tantum intra metas sui corporis, nec loco excederet. Rotantur autem ab ortu in occasum & absolvitur una periodus XXIII. horis: Nisi fortè totum hoc oculo, in contrarias partes obvianti, tantùm ita videatur: quam litem jam non facio meam.

7. Respectu Horizontis nostri, sunt in triplici differentiâ. 1. quædam semper apparent, nec nunquam merguntur; nempe septentrionales, quæ plaustrum proximè circumstant. 2. aliquæ semper latent, nunquam emergunt; nempe meridionales, quas re-

centium



centium nautarū solertia nobis indagavit. 3. reliquæ per vi-  
ces oriuntur & occidunt, scilicet  
intermediæ omnes. Causas hujus  
varietatis ex circumgyratione  
globi facilè deprehendes.

8. Quod ad multitudinem  
attinet, sunt penè innumera-  
biles, non tamen infinitæ. Et  
multas detexit hodie Telesco-  
pium, quas prisca secula igno-  
rabant. In uno Orionis capite  
monstravit ultra vicenas, &  
quod plus est in uno præsepi  
(quo nomine nebulosa Cancri  
appellatur) supra quadrage-  
nas. Nec defunt lyncei quidã,  
qui nudis oculis quatuordecim  
Plejades numerant, &  
quingenas in Orionis cly-  
peo, quot putas cum vitreis  
reperi-

reperirent? Oportuit sanè Abrahamum visu præ nobis poluisse, qui, creatore Deo monstrante, tot stellas vidit, in quot capita posteritas ipsius multiplicata fuit. Judæorum enim nunc multò plures sunt, quàm nos fortè vel cum perspicillis, astra cerneremus. Ex universo autem illarum exercitu paucæ seliguntur, & grandiores cæteris & visu notabiles, minoribus neglectis. Harum Ptolemæus millenas viginti duas recensuit; Plinius MDC. Hebræorum Rabini XII. millia in universum numerant, Cabalistsæ verò 29000. myriades, quod nimium est, neque enim plures 2671. myriadibus recipere posset tota cælorum area, nè quidem si contiguè omnes cohære-



cohærerent, aut singulæ tertiâ  
minuti partem occuparent.

9. Ipsa Galaxias nihil aliud  
est, quam congeries minutissi-  
marum stellarum contiguè  
collucentium, quas eadem A-  
rundo Dioptrica noviter de-  
textit. Rectè igitur olim De-  
mocritus definiivit: *πολλῶν ἀστέρων  
συνεχῶν καὶ συμφωτιζομένων συννω-  
γασμὸν*. Malè verò eundem ob  
id reprehendit Aristoteles,  
perpetuū hunc & mundo coæ-  
vum circulum perperam pro  
meteoro venditans, lib. i. c. 8.  
nescio quâ fallaci conjectura  
deceptus sagacissim⁹ alioquin  
Philosophus. Multò ineptius  
eandem viam lacteam priscus  
ille Theophrast⁹ pro commis-  
sura cælorum habuit, quasi  
compages mundi per illam al-  
bugi-

buginem cohæreret, ut bini  
 asleres glutine ferruminati.  
 Habet autem Galaxias quan-  
 dam quasi Insulam, quæ à Cy-  
 gno ad Scorpionem usque pro-  
 tenditur: & est admodum in-  
 æqualis tum latitudinis tum  
 densitatis, terminos ejus accu-  
 ratè notavit, Ptolem. pr. 1.  
 lib. 8. Almag.

10. Porrò variè discernuntur  
 à se invicem tot stellæ, quanti-  
 tate, coloribus, scintillatione,  
 præcipuè verò situ & configu-  
 rationibus; de quibus nunc si-  
 gillatim.

11. Ratione quantitatis di-  
 stribuuntur in sex Magnitudi-  
 nes, quasi classes; nimirum illæ  
 tantum, quas communiter vi-  
 demus. Nam cæteræ minutio-  
 res, quas tubus opticus mani-  
 festat,



festat, similiter gradibus magnitudinum differunt, ut infra decimas descendere possem<sup>9</sup>. Primæ magnitudinis numerantur 15. sed harū 12. tantum nobis conspicuæ sunt, secundæ 45. tertiæ 208. quartæ 474. quintæ 216. sextæ 50. Imò multò plures, neque enim omnes in catalogū receperunt, quas aliqua nox serena, præcipuè brumalis ostendit.

12. Apparentes illarum diametros mensus est oculatissimus ille Tycho Braheus, & pag. 481. Tom. i. progym. prodidit, primæ classis fidus subtendere duo circiter minuta, secundi honoris sesquialterū, tertij unū, quarti  $\frac{3}{4}$  quinti dimidium, sexti XX. secunda.

Vnde

①②③④⑤ Vnde talis ip-  
 sorū propor-

tio surgeret, qualem appinxi.  
 Subdubito tamē, an hoc ipsum  
 satis præcisè determinarit, nō  
 tam quòd illæ, quæ unius ma-  
 gnitudinis esse censentur, no-  
 tabiliter sæpè differunt, (v. g.  
 Sirius & lyra regulo & spicâ  
 majores sunt) quàm quia sin-  
 gulorum oculorum singularis  
 & diversissima est in tam subti-  
 li quantitate æstimatio. Mihi  
 fanè luscioso & diversoculo  
 per dextrū latiores apparent,  
 per sinistrum exiliores, quod  
 retiformis tunica ibi attra-  
 ctior sit, hîc profundior; per  
 utrunq; tamen omnes duplum  
 ferè superioris mensuræ sub-  
 tendunt. At per conspicienda  
 intuenti



intuenti, aliquanto angustiores cernuntur, per tubum eò minores, quò is melior est & major, per optimum profusus ur atomi vel puncta.

13. Veras singularum magnitudines verè ignoramus, easque ex tanto intervallo tam accuratè scire velle, præsumptio est & temeritas. Quod enim Tycho ibidem primas 68. secundanas 28. tertianas 11. quartanas  $3\frac{1}{2}$  vicibus, quintanas semel terreno globo majores, sextanas verò eodem ter ferè minores æstimavit; Alfraganus verò maximas 107. proximas 90. succedentes 72. sequentes 54. posteriores 36. minimas 18. terras nostrates æquiparare censuit, id omne ex hypothefi di-

B etum

Etum fuisse cogitandum est, si  
 nimirum tanta vel tanta octa-  
 væ Sphæræ assumatur distan-  
 tia; ex qua diversitate totum  
 illud variatur: siquidem Opti-  
 corum consensu quodlibet vi-  
 sibile quò longius distat, eò mi-  
 nus apparet. Sunt tamen eo-  
 rum speculationes, qui cœlum  
 stellatum quàm longissimè à  
 nobis removēt, & consequen-  
 ter astra plurimùm amplifi-  
 cant, veritati propiores: quo-  
 niam minora neutiquam ad-  
 mittit, semel concessa orbis  
 annui parallaxis.

14. Coloris quædam sunt ru-  
 tili, aliæ albicantis, nonnullæ  
 pallidi, quæ varietas ex Aut-  
 opsia rectius discitur, quàm  
 operosiori descriptione.

15. Inde æstimantur ipsorū  
 naturæ,



naturæ, & accensentur, quæ viven-  
 tes sunt Saturno, quæ claræ Jovi, fer-  
 rugineæ Marti, flavæ Soli, buxæ Ve-  
 neri, cineritiæ Mercurio, pallidæ  
 Lunæ; ut quilibet Planeta tan-  
 quam dux, in exercitu stella-  
 rum suos veluti subditos, co-  
 loris sui æmulos habeat. Nisi  
 quod pleriq; propter dubium,  
 ex binis quasi commixtum co-  
 lorem duobus simul accensen-  
 tur: quod totum hac brevi ta-  
 bellâ compendiosè ob oculos  
 statuere placuit. ♄ prop<sup>o</sup>, ven-  
 ter piscis austrini, item venter  
 & cauda ceti. ♄ ꝛ dexter hu-  
 merus Cephei, sinister pes, to-  
 tumq; cingulum Orionis. ♄ ♂  
 prima arietis, rostrum corvi,  
 caput ophiuchi. ♄ ♀ polaris,  
 capita Draconis & Medusæ,  
 pectora Cassiopeæ & Hydræ,  
 B 2      latus

latus Persei, prævindemiatrix,  
 tergum & cauda leonis. ♀  
 finister humerus Bootis, ven-  
 ter leporis, lanx borea. ⁊ no-  
 dus piscium, ⁊ ♂ Arcturus, a-  
 quila, crus Pegasi, Regulus,  
 Syrius, cor Scorpij. ⁊ ♀ caput  
 Andromedæ, crus aquarij, A-  
 charnar. ⁊ ♀ os & humerus  
 Pegasi, lanx austrina. ♂ omnes  
 equi & rotæ plaustri. Aldeba-  
 ran cum Hyadibus. Pollux.  
 ♂ ☉ aselli, oculus sagittarij.  
 ♂ ♀ spica. ♂ ♀ caput Herculis,  
 capella cum hædis, uterq; hu-  
 merus orionis. ♂ ☾ plejades &  
 præsepe. ♀ umbilicus Andro-  
 medæ. ♀ ♀ ejusdem scapula,  
 lyra, gnosia, rostrum & cauda  
 cygni, crater, fomahant. ♀  
 procyon.

16. Omnes ferè scintillant,  
 inæqua-



inæqualiter tamen , quædam plus , aliæ minus ; imò eædem diversis temporib<sup>9</sup> diversimodè : flante Euro plurimùm trāquilla nocte languidius. Quod mihi argumento est , hoc pathos non in illorum corporib<sup>9</sup> hæere , nec ipfasmets stellas tam varium fulgorem ebullire quasi aut eructare , ut nonnulli voluerunt : sed universum hoc opticè tantùm accidere , & ab inæquabili semper fluctuantis aeris superficie orîri. Quemadmodum enim lapilli per crispulas undas visi tremere putantur , quòd rapidè decurrens aqua subinde curvatur , cùm ipsi tamen interim in rivi fundo reverâ jaceant immoti : sic stellæ per agitatam aerem spectatæ , lumen suum continuè

B 3      vibrant,

vibrant, præsertim hyberno tempore, quando ab humilioris aeris superficie propius absumus, proinde variationum angulos celeriter mutatos evidentius sentimus.

17. Nascuntur aliquando novæ in ipso cælo. Et frustra contradicunt Peripatetici, ubi Experientiam habemus, luculentis rationibus Geometricis suffultam. Meminerunt patres nostri portentosa illius in Cassiopeâ, An. 1572. exortæ. Vidimus ipsi novam in pede Serpentarij Anno 1604. enatam, & durat etiamnum hodie illa, de quâ in præfatione dixi, proximè pectus Cygni hærens, sed minutula jam, & quasi ad interitum vergens, nec nisi diligenter intuentibus observabilis; ut ali-



ut aliquando prorsus extin-  
ctam putarim, donec serenior  
nox iterum in conspectum re-  
duxisset. Habeo tamen inter  
Astronomos nostri seculi pri-  
marios aliquem, qui diversum  
sentit, & hoc nomine consul-  
tus, nuperis ad me literis du-  
dum amissam, adeoq; post An-  
num 1613. sibi non amplius vi-  
sam respondit. Credo non vi-  
sam, quia & ipse lusciosus est,  
atque oculos suos in hoc stu-  
dium bono publico dudū pro-  
degit: nisi forte suo, id est, amī-  
co more jocatus, ad attentio-  
rem contemplationē hoc stra-  
tegemate me extimulatum  
voluit. Hoc sanè scio, memo-  
riam meam, in tām familiarif-  
simâ sibi stellâ non hallucinari:  
& testabuntur tot studiosi,  
B 4 quibus

quibus aliquot jam brumis de-  
 crescentem monstravi, proximi-  
 mâ retrò hyeme diminutam  
 quidem, sed tamen adhuc evi-  
 dentiore quàm nunc, com-  
 paruisse. Provoco etiam ad mi-  
 nimè caligantes oculos com-  
 munitatis nostræ Præceptoris Dn.  
 Mæstlini, incomparabilis Ma-  
 thematici, Tychonis quoque  
 iudicio cœvis omnibus mul-  
 tum præferendi. Sicut autem  
 hæc stella serius, post creatio-  
 nem cæterarum, & nostrâ de-  
 mum ætate cœpit; ita quoque  
 mox & ante universalẽ mun-  
 di interitum desitura videtur.  
 Unde & in ipsissimo cœlo ali-  
 quid generari & corrumpi  
 posse, adversus Aristotelem  
 patet. Simul lis illa quorun-  
 dam, an verè nova, vel antea  
 fortè



fortè neglecta tantùm fuerit, ab eventu & posteriori decidetur. Quòd autem antiquitus ante Constantinopoleos amissionem, in ipso polo stella quæpiam constiterit, & postea disparuerit, ( ut Italus quidam apud Tychonem p. 743. nugatur ) id manifestè fabulosum est, & contra fidem veterum globorum, contraq; experientiam nautarum. Similiter & illud Poëticum, quòd septima Plejadũ Electra, cæteris quidem ante excidium Trojæ lucidior extiterit, post verò evanuerit. Cernitur enim etiamnum, licet reliquis minor. Unde quasi ob Trojæ ruinam mœsta, sub vicino cancri Tropico se abscondisse fingitur à Poëtis.

18. Porrò situs stellarum

B § confi-

consideratur dupliciter, ratione Longitudinis nimirum & Latitudinis. Illa numeratur ab occasu in ortum, juxta seriem signorum Zodiaci, à puncto æquinoctij verni, præcipuo totius cæli loco: vel quoniam illud vagum est, ex Copernici mente rectius à primâ stellâ Arietis: Hæc verò à meridie in septentrionem, & altrinsecus quoque ab eodem initio versus polum australem. Hic verò magnas meritò debemus grates nobilissimo Tycho Brahe, qui tot noctium indefessis vigiliis, & incredibili sumptu nobis restituit atque correxit Catalogū fixarum, quem veterum observatorum organa rudiora minus accuratè olim condiderant, & librario-  
rum



rum incuria plus etiam haec-  
 nus depravârat. Subirrepsit  
 tamen in oculatissimi hominis  
 abacum, procul dubio Ama-  
 nuensis vel Typographi vitio  
 erratum quoddam, dum lu-  
 cidam caudæ ceti, denis gra-  
 dibus justo anteriorem fecit,  
 quod pridem ex Autopsiâ de-  
 prehensum, moneo ut corri-  
 gatur. Supplevit etiam aliquas  
 in Serpentario Cl. Dn. Keple-  
 rus, libro de nov. stell. Anno  
 1604. disertè simul indicans,  
 illas quæ in dextro pede sint,  
 non boream sed australem ha-  
 bere latitudinem. Quod à Cl.  
 Habrecht, in nuperâ editio-  
 ne Globi sui, cæteroquin ele-  
 gantissimi, neglectū esse miror.

19. Ordinis & memoriæ  
 causa distribuitur universus

B 6 stella-

stellarum exercitus in aliquot  
 Imagines vel Asterismos, ut nempe  
 tanta earum multitudo, in cer-  
 tas quasi classes redacta, eò fa-  
 cilius discerni possit, & singu-  
 læ sigillatim à suis membris de-  
 nominari. Variant autem au-  
 thores in numero Imaginum.  
 Ptolemæus 48. ponit, scilicet  
 XXI. in boreâ, XV. in austro,  
 XII. in intermedio Zodiaco,  
 quas mnemonicis versibus in-  
 clusas alibi passim reperies:  
 Arat<sup>o</sup> & prisca pauciores, quia  
 Serpentem cum Ophiucho  
 conjungunt, item Equuleum  
 & Librã prætermittunt: con-  
 trà posteri plures, quoniam  
 Berenices comam & Antinoũ  
 assumpserunt. Quomodo au-  
 tem Plinius LXXII. signa nu-  
 meret, equidem ignoro, fortè  
 aliqua,



aliqua, quæ nos primarijs ad-  
 jungimus, ipse separatim com-  
 putavit; ut caput Medusæ, spi-  
 cam virginis, præsepe, asellos,  
 capellam, hædos, terebellum  
 &c. Item Castorem & Pollu-  
 cem, vel utrumque piscem se-  
 orsim. Nam hæ VII. imagines,  
 Camelopardalis, Jordanus,  
 Tigris, Vespa, Monoceros,  
 Gallus & Columba, quas re-  
 centior ætas hemisphærio no-  
 stro inferuit, ignotæ tunc e-  
 rant. Sunt & reliquæ XVI. in  
 opposito cælo Antipodum, cir-  
 ca polum meridionalem, nu-  
 per demum à Lusitanis addi-  
 tæ, scilicet Indus, Phœnix,  
 Grus, Pavo, Chamæleon, A-  
 pus, Musca, Passer vel piscis  
 volans, Crux, Trigon<sup>9</sup>, Rhom-  
 bus, Dorado piscis, Hydrus,

B 7. Tou-

Toucan anser, & binæ tandem Nubeculæ. Extra hæc tot simulachra supersunt passim aliqua stellæ *σποράδες* vel *ἀμόρφωτοι*, quæ in nullam figuram redigi commodè potuerunt; ea propter nominibus carent, at à vicinis imaginibus memorandæ sunt.

20. Quinam primi harum imaginum Authores fuerint, id ex tantâ vetustate nescitur quidem hodiè: verisimile tamen, quòd duplex hominum genus nomina stellis indiderit. I. in mediterraneis locis Agricola, quod rustica supellex, scilicet utrumque plaustrum, cum aurigâ & equis produnt; item spica triticea, & villicorû animalia, ut Capella, Taurus, Aries, Ambo Canes, &c.

fatis



fatis arguunt. 2. in maritimis  
Nautæ: ut ex Ceto, Navi, Pi-  
scibusque apparet. Tandem  
verò eruditi perfecerunt, &  
in Artis formam redegerunt.

21. Causas cur istæ imagi-  
nes in cœlū receptæ sint, opi-  
nor fuisse potissimùm tres, Si-  
militudinem, Efficaciam, Im-  
mortalitatem; quarum prima  
est Mathematica, sequēs Phy-  
sica, tertia Historica. Quod si-  
militudinem attinet, depre-  
henderunt authores alicubi  
manifestam ejusmodi confi-  
gurationem, ut in Coronâ, cu-  
jus stellæ in semicirculum evi-  
denter disponuntur; ut &  
spondyli in caudâ Scorpionis.  
Item in Cygno, cujus anterior  
stella rostrum, media pectus,  
collaterales alas, postrema  
caudam

caudam non ineptè repræsentat. Vel in Orione, qui duabus supremis binos quasi humeros, tribus mediis quodammodo cingulum, infimis verò pedes alicujus viri exprimere videtur. Alibi qualemcunq; schematismum imaginati sunt, ut in Sagittario, cujus stellæ quidvis aliud potius quàm ejusmodi arcitenentem efformant. Unde tot monstrosæ imagines introductæ sunt, ut Capricornus ex capro & pisce, Centaurus ex homine & equo compositus. Aliquæ etiam mutilatæ, ut Taurus, Argo, Pegasus, Equuleus. Sæpenumerò quoq; Analogiam venati esse videntur. e. g. Cancrum reposuisse, unde Sol altissimus retrogreditur: Librã ubi quasi in æquilibrium

librio



librio pendens , noctem diei  
 æquat: Leonem calidissimam  
 bestiam, ubi æstus est maxim<sup>9</sup>:  
 Aquarium ubi copiosis imbri-  
 bus pluit: Canem ubi hæc ani-  
 malia in rabiem aguntur: vel  
 Canes & Leporem eâ cœli  
 plagâ pinxisse, qua super sylvas  
 orientur: aut Navem effor-  
 masse, cujus carina nunquam  
 tota supra Horizontem, velut  
 ex undarum fluctibus emer-  
 geret.

22. Deinde quod Efficaciã  
 concernit, ajunt quidem A-  
 strologastri, posse aliquid hæc  
 imagines in nativitatum mo-  
 mentis. v. g. quibus Hercules  
 ascendat, hos fore audaces:  
 queis Erichthonius, hos auri-  
 gas: quibus Canis, hosce mi-  
 naces & iracundos: queis Le-  
 pus,

pus, hos timidos & veloces: cui  
 Aries horoscopum obsideat,  
 hunc futurum esse opilionem:  
 cui Taurus, bubulcum: cui Spi-  
 ca, rusticum, & si quid plus est  
 ejusmodi nugacium supersti-  
 tionum. Itaque prorsus divina  
 & fatidica arte in hacce, nec  
 alias imagines cœlum à peritis  
 Genethliacis olim distributū  
 fuisse. Verūm ego cum saniore  
 & moderatissimo Tychone,  
 pag. 311. sentio, figuris hisce nihil  
 inesse energiæ, nisi fortè per accidens  
 paucis quibusdam è situ ipsarumque  
 stellarū naturā potius quàm ex ima-  
 gine ipsā, quæ planè arbitraria fuit:  
 Quicquid tandem hîc Matæologi  
 nugentur, cœlum ob id mendacius  
 obnoxium non est, etsi terra iis homi-  
 num culpâ scateat.

23. Tertiò, multorum ho-  
 minū imagines in cœlum ideò  
 receptæ



receptæ sunt , ut illorum res fortiter gestæ immortalitati consecrarentur, nec quamdiu cœlum rotatur, ulla oblivione delerentur unquam. Sic v. g. Hercules ob duodecim labores inter astra relatus est. Et sanè durat ejusmodi heroum fama isthac ratione diutius, quàm si facinora ipsorū membranis inscripta, vel ære exsculpta fuissent, quia senium etiam saxi tandem marmoribusque venit. At multum hîc Vanitatis, nonnihil etiam Adulationis subest, dum v. g. Conon, Berenices capillos, pro mariti salute Veneri devotos, & è templo subductos confinxit in cœlum evedtos esse, & inter Ursam atque Virginem receptos, ut sui regis Ptolemæi

Iemei Evergetis gratiam aucuparetur: Vel Poëtæ Andromedam, Cephei Æthiopum regis & Cassiopeæ filiam, monstro marino expositã esse tradunt, tandem à sponso Perseo liberatam. Unde tota hæc familia æternæ laudis gratia in cœlos subvecta fuerit.

24. Quoniam ergo ista multis pudendis fabulis involuta nil nisi Ethnicismum sapiunt, optarem, ut ea Christianus aliquis refingeret, & in sacras imagines transformaret: quod non tantùm divinæ legi conforme esse, quæ Deastrorũ nomina reticere & abolere jubet, Exod. 23. 13. sed & factu facillimum. Qui enim gentilibus Perseus erat cum capite Medusæ, is nobis Davides cum capite Goliath, manen-



manente astrorum dispositio-  
 ne prorsus eadem, mutato sal-  
 tem nomine. Sic illorum Hercu-  
 les cum clavâ, facilè permutaretur in  
 nostrum Samsonem cum maxillâ :  
 Æsculapius cum Serpente , in nau-  
 fragum Paulum cum viperâ manibus  
 implicatâ. Ursæ essent mihi, nõ,  
 quæ Jovem in antro nutritiv,  
 aut quam ab eodem casto Jo-  
 ve compressam , Diana sic  
 transformavit , sed quæ pue-  
 ros quadraginta duos devoraf-  
 se legitur. Quorsum enim  
 rancidas illas , & dudû ad or-  
 cum damnatas revocarem fa-  
 bulas? quas scire nulla laus est,  
 ignorare verò pietas etiam.

25. At inquit earum Pa-  
 troni: res ipsæ pridem per Dei  
 gratiam nobiscum antiqua-  
 tæ sunt , retineamus nuda sal-  
 tem

tem nomina, quemadmodum  
 & dies septimanæ à  $\text{H} \text{Z} \text{O}$  ci-  
 tra superstitionem in media  
 Ecclesia denominamus. Postu-  
 lat id doctrinæ modus, quando  
 jam ubivis gentium & apud  
 Judæos quoque recepta sunt  
 hæc vocabula, velut Artis ter-  
 mini, sine quibus ea feliciter  
 tradi nequit. Quis tam inve-  
 terata innovare sine levitatis  
 suspicione ausit? privatoq; ni-  
 su immutare, quod publico  
 omnium Astronomorum con-  
 sensu roboratū. Maximè quia  
 incertum est, an in peius sit re-  
 formaturus. Et ut afferat me-  
 liora, verendum tamen, nè æ-  
 què absurdus veniat, ac illi, qui  
 Calendariū Gregorianum no-  
 bis obtruserunt. Differenda  
 hæc lis est in Comitia Mathe-  
 maticor



maticorum , quando simul de  
certo Longitudinis locorū ini-  
tio decernent, quod ad proximi-  
mas fiet Kl. Græcas , in ☿ ⊙ ♃.

26. Respondeo , non pro-  
pterea necesse est, ut artis fun-  
damenta evertantur , neque  
concedendū, ut quisquam pro-  
libidine isthæc refingat. Sed  
hoc saltem indulgeant, ut v. g.  
qui Gemini antea Castor &  
Pollux, vel Hercules & Apol-  
lo, vel Triptolemus & Jasion,  
vel Zethus & Amphion erant  
(neque enim ipsi satis inter se  
concordant ) posthac mihi sint  
Esau & Jacob<sup>9</sup>: qui Aries Poë-  
tis est cum aureo vellere, mihi  
fit ille Abrahami pro Isaaco  
mactatus , vel alter Danielis:  
quæ Virgo ipsis Ceres vel A-  
stræa, nobis Maria: quod Præ-  
sepe

sepe cancri, nobis potius Infantis Christi: qui Cetus Neptuni, nobis Jonæ: qui pisces Cupidinis, nobis illius pueri, vnde salvator ultra 5000. viros miraculosa benedictione cibavit: qui Leo Arcadius aut Junonis, nobis de tribu Juda, vel è specu Danielis: qui Corvus Apollinis, nobis Eliæ vel Noachi: qui Canis Actæonis, nobis Tobia: quæ Coma Berenices, nobis Samsonis aut Absolomi: quod  $\Delta$  triangulum fictitij  $\Delta$ ios litera initialis, id nobis S. S. Triunitatis character, &c. Ita manerent imagines, abolerentur saltem nugæ; retinerem<sup>9</sup> vsum, abusum tolleremus.

27. Eandem sibi libertatem usurparunt alij: cur ergò nos  
in has



in has imagines juraremus?  
 Certum est, quod aliqui Arabes  
 globos suos aliter pingant, & pro  
 humanis imaginibus ferinas  
 ferè supponant. Pro Dracone  
 nostro ipsi fingunt duos lupos  
 & quinque Dromedarios: pro  
 Cepheo Pastorem cum cane  
 & ovibus: pro Boote molossum  
 latrantem: (Turcæ verò Sagit-  
 tiferum) pro Andromedâ vi-  
 tulū marinum: pro Cassiopeâ  
 cervam: pro Erichthonio mu-  
 lum clitellatū: pro Ophiucho  
 gruem vel ciconiam cum ser-  
 pente: Hebræi pro plerisque  
 imaginibus literas Alphabe-  
 thi sui: Chaldæi pro boreo pi-  
 sce hirundinem: Ipsi Græci &  
 Latini olim multos asterismos ali-  
 ter figurabant. Thales Milesius  
 pro Vrsâ minore Canem for-  
C mabat,

mabat, quem & caudæ longi-  
 tudo postulat, & ipsum nomen  
 Cynosura, quasi *κυνὸς ἕρπαι* mani-  
 festè prodit. Plaustrum olim  
 septem teriones seu boves e-  
 rant: unde plaga illa etiamnum  
 Septentrio denominatur. Qui  
 nunc Hercules est, olim ano-  
 nymus erat, ideò dictus *ἑγγόναισι*  
 vel ingeniculus, quasi *ἐν γόναισι*,  
 hoc est, genibus (rectius tamen  
 uni tantum) innixus. Quidam  
 Lycaonem dixerunt, Diis pro  
 restitutione filiaë supplicantē;  
 alij Promethea Caucaſo alli-  
 gatum, & rursus alij miserum  
 Ixiona brachiis revinctū: Ple-  
 rique Alcidem, quorum fen-  
 tentia multitudine tandem  
 obtinuit. Nec libram agnovit  
 vetustas, quande tota Scorpio-  
 ni accensebatur. Unde hunc  
 Aratus



Aratus μέγα θηρίον vocavit, illa  
 verò Chelarum nomen etiam-  
 num retinet: fuit demùm J.  
 Cæſaris tempore, in gratiam  
 Imperatoris inserta; contra-  
 ctis in brachiis. Equulei stellæ  
 sicut & Antinoi olim informes  
 erant: & hæ Adriani Imp. ius-  
 su demùm formatæ. Is ipse An-  
 tinous aliis Ganimedes est, de  
 unguibus Aquilæ suspensus;  
 alij Aquilam sic statuunt, ut  
 Telum pedib<sup>9</sup> teneat. Telum  
 nautis est temo, quibusdam  
 calamus seu arundo. Delto-  
 ton Hispanis Sicilia; Ægyptiis  
 verè quædam triangularis In-  
 sula Nili sui. Lyram aliqui cor-  
 nutam pingunt, cum jugo, ner-  
 vis, pectine & verticillis; alij  
 testudinem vel Cytharam, cæ-  
 teri ejus loco Vulturẽ caden-

tem. Hydra non uno sed multis capitibus olim fingebatur, nec malè quidem ex illorum gentilium Theologiâ. Pegasus etiam cum ephippio loco alarum. Aries circulo cingebatur. Taurus Plinio & Vitruvio integer erat, in ejusq; caudâ Plejades locabantur. Alicubi etiam Manipulus frugum loco Comæ Berenices visitur. Pro Corona gnosis quidam corollam vel fertum nectunt, ex floribus & hederæ baccis, cum intermixtis corymbis, & circumfluentibus fasciis; alij malunt vetus Diadema: nonnulli Oculum substituunt. Pro altera Corona meridionali sunt qui globulum; item qui rotam Ixionis reponunt. Variant quoque in Orïonis scuto, quod  
aliis



aliis est pannus, aliis corium  
 bovis, aliis exuviæ leonis. E-  
 richthonio pedes anguinos tri-  
 buit Ovidius; alij flagellum  
 cum stimulo, habenas alij. Ta-  
 ceo leviores varietates, ut  
 quod Booti nunc venabulum  
 & canes venaticos, mox cla-  
 vam seu colorobum, rursus  
 hastam, aliquando pastorale  
 pedum, sæpè etiam falcem ad-  
 jungunt: Herculi ramos po-  
 morum vel cotoneorum. Dra-  
 conis pedes ad pectus: Perseo  
 talaria, gladium aut falcem:  
 Geminis ocreas, torulos in pi-  
 leis; vel uniplectrū & lyram,  
 alteri scutū cum harpâ: Can-  
 cro caudam curvam ut habent  
 fluviatiles; vel nullam, ut sunt  
 marini: Virgini spicam, alicu-  
 bi strophium vel olivam: itē

alas & caduceum : Sagittario  
 linteum vel vexillum : Aqua-  
 rio etiam duplex aquæ efflu-  
 vium. Sed multa horum per-  
 peram. At quis omnes varia-  
 tiones recenseret ? Unicam  
 addo quæ ad meum gustû est.  
 Ex Cygno rustici & opiliones effor-  
 mant Crucem Salvatoris, quã con-  
 figurationem pulchrè ornavit  
 Nova, repræsentando inclina-  
 tum quasi caput morientis  
 Christi ; præsertim quando  
 crux stabat erecta in plagâ oc-  
 cidentali. Nonnulli etiam ex  
 quadrangulo quod est inter  
 Pegasus & Andromedã Cru-  
 cem effingunt; sed non ita con-  
 cinnè.

28. Superest ut de Nomi-  
 nis stellarum aliquid dicam. Ea  
 nos à partibus Asterismorum  
 defu-



desumimus. v. g. hanc caput  
 Andromedæ, illam cor Leo-  
 nis, aliam pedem Orionis vo-  
 camus, prout quælibet in cer-  
 to membro sui corporis loca-  
 tur. Quem in finem imagines  
 potissimum excogitatas esse  
 crediderim. Ubi observandū,  
 quòd sæpè nomen totius con-  
 stellationis tribuatur indivi-  
 duæ cuidam stellæ, si ea cæte-  
 ris lucidior sit; quo respectu nō  
 tantum integri asterismi, sed  
 & singularia astra καὶ ἐξοχὴν di-  
 cuntur. v. g. Aquila, Lyra,  
 Gnosia, &c. Solent & aliqui  
 eas à serie, qua in catalogo  
 Ptolemaico recensentur de-  
 nominare, v. g. primam Arie-  
 tis, secundam Cassiopeæ, ter-  
 tiam Erichthonij, &c. Unde  
 in quibusdam globis numeri

appinguntur. Sed quia hæc ratio intellectu obscurior est, & difficilior quoque memoratu, ideò imitandam non censeo. Præter has vulgares appellationes, meruerunt aliquæ peculiaris quædam & propria nomina, tam vernacula & latina, quàm græca & hebræa, præsertim verò plurima etiam Arabica, quæ passim in authoribus vulgatissima sunt, ea propter ordine Alphabethico secundum classes suas mox enumerabo: Id unum protestatus, quòd tamen prorsus vera non sint. Nam ipsissima vera nomina stellarū, solus earum creator DEUS novit, Psalm. 147. vers. 4.

29. Germanicæ nomenclaturæ pauciores sunt, quia hoc  
 studium



studium serius apud nos flore-  
re cœpit. Hæ autem præci-  
puæ, quas ab Idiotis audimus.

1. die **Gluckhenn** oder **Sibenges-  
stirn** / Plejades in dorso Tauri:  
eò quòd una cæteris major  
Gallinam, reliquæ sex mino-  
res, totidem quasi pullos cir-  
cumstantes, & sub alas con-  
gregandos adumbrant. 2. **der  
Hundstern** / canicula vel Sy-  
rius, in ore canis majoris. 3. **der  
Jacobsstab** / cingulum Orionis,  
fortè à variegatis virgis Pa-  
triarchæ sic dictum, quas ipse  
miro astu sic decorticasse legi-  
tur, Gen. 30. vers. 37. Unde &  
Instrumentum quoddam Geo-  
metricum, Baculus Jacobi de-  
nominatum esse videtur, 4. die  
**Jacobsstraß** oder **Milchstraß** /  
Galaxias vel lactea via. 5. **Si-**

**E** 5 **mon**

mon/sic nautæ Delphinum vo-  
cant, fortè quia simis est nari-  
bus. 6. der Wag / großvnd klein  
Heer Wagen / in utraque ursâ;  
quæ notiora sunt, quàm ut  
prolixiori explicatione indi-  
geant. Hoc unum notetur  
paradoxum, quòd vulgatum  
est apud rusticos: beede Wägen  
fahren hinter sich / in cœlo plau-  
stra trahunt equos; in terris  
equi plaustra.

30. Pergo ad Latinas appel-  
lationes. Inter eas non refe-  
ram, quæ vel à partib<sup>9</sup> & mem-  
bris imaginum desumuntur;  
hoc enim nimis prolixum fo-  
ret, & per se notum: nec quæ  
originis Græcæ sunt; illæ enim  
rectius adsequentem classem  
reservantur. Sed quas latij  
scriptores Romanâ civitate  
dona-



donârunt. Agni sunt, qui infra  
 dicentur Hœdi. Anguilla est an-  
 guis Ophiuchi. Aselli duo sunt  
 in cancro, juxta nebulosam: &  
 tres in manu sinistrâ Bootis.  
 Auriga idem qui Erichthonius.  
 Avis etiam Cygnus. Balæna Ce-  
 tus. Bellatrix in Orionis hume-  
 ro sinistro. Bubulcus aliâs Boo-  
 tes. Canicula in ore majoris.  
 Capella sinister humerus Erich-  
 thonii. Castor Geminorū prior,  
 vel qui Tauro propior est. Che-  
 læ lances libræ. Cincinnus Bere-  
 nices. Deucalion aquarius. Fidi-  
 cula rostrum lyræ. Gallina cy-  
 gn<sup>o</sup>. Ganymedes Antinous. Gno-  
 sia margarita coronæ. Gorgonis  
 caput idem quod Medusæ.  
 Hermippus Delphin. Hircus qui  
 modò Capella. Hædion pro-  
 cul inde, in Ericht. cubito fini-

C 6 stro.

Stro. Ingeniculus Hercules, quia  
 geniculatur. Lælaps canis ma-  
 jor. Linum quod pisces conne-  
 tit. Lyra lucidior rostri. Milvius  
 iterum cygnus. Muscida in ore  
 Pegasi. Nilus Eridanus. Nifus  
 Hercules. Nodus in commissu-  
 ra lini. Olor Cygnus. Pan Ca-  
 pricornus. Padus Eridanus. Pa-  
 lilicium rutila in oculo Tauri.  
 Pistrix Cetus. Pollux geminorū  
 posterior, qui vicinior cancro.  
 Præsepe nebulosa in cancro.  
 Præindemiatrix in ala dextra  
 virginis. Regulus cor Leonis.  
 Rota Ixionis, aliàs Corona me-  
 ridionalis. Rutilicū barbarè di-  
 ctū, in Herculis brachio dex-  
 tro. Septentrio, septem stellæ  
 plaustri. Seliquastrum, barbarè,  
 stella Cassiopeæ. Sicilia triangu-  
 lum. Sirius in ore canis majoris.  
 Spica



Spica vel arista virginis. Succulæ (perperam Succidæ) quæ oculum tauri proximè circū stant, & ortu suo succos, hoc est imbres causantur. Terebellum Rhombus in dorso sagittarij. Vergiliæ vel plejades, septem stellulæ in jubâ Tauri. Vitulus Andromeda. Urna crater. Vulturnus cadens est Lyra. Volans verò, ad differentiam, Aquila.

31. Græcorum nominum pleraq; etiam Latinè scribuntur, malui tamen propter Etymologias, si quas habent, seorsim hîc subijcere. Ἀντάρης tyranus, rectius, Ἀντάρης Antares, cor scorpionis, stella rutila & violenta. Ἀρκτὺς ursa. dicitur, & ἄμαξος currus. Ἀρκτὺρ Arcturus, inter crura Bootis, quasi non procul ab ursæ caudâ. Ἀρκτοφύλαξ Arctophylax,

phylax, ipse Bootes, quasi custos  
 Ursarum vel pastor. | Διγόκερωσ  
 Aegocerus, Capricornus, caper  
 cornutus ; Βασιλίσκ⊗ Basiliscus,  
 vel regulus, cor leonis, quippe  
 stella regia. Δελτωλὸν Deltoton,  
 Triangulum, à formâ literæ  
 Δ. Ἐνγόνασιν Engonasi Hercules in-  
 geniculatus. Ἡνίοχ⊗ | Heniochus  
 auriga, qui tenet habenas. Κα-  
 λαῦροψ vel Κολόρ'ρ'οβ⊗ Colorrob  
 pedum repandum, vel hasta  
 Bootis. Κοτύλη Cotyla vasculum  
 aquarij. Κυνοστέρα Cynosura, Ursa  
 minor, quia canis caudam ha-  
 bet. Νότιος Notius, hoc est austri-  
 nus piscis. Ο'φιῶχ⊗ Ophiuchus,  
 Serpentari⁹, perperam ὀφιῶλ-  
 κ⊗, neque enim trahit serpen-  
 tem. Ο'ρεγνίσκ⊗ Corona meri-  
 dionalis. Πλειάδες Plejades, septē  
 stellulæ in dorso Tauri, à mul-  
 titudi-



titudine sic dictæ, quasi πλείονες.  
 alias etiam Ἀτλαντίδες Atlandides.  
 Πλόκαμος ☉ Coma Berenices, a-  
 lias Τείχεσ quoque. Προκύων Procyon  
 Canis minor, quasi Antecanis,  
 quod ante majorem oriatur.  
 Πρόπυς Præpes, stella quæ est an-  
 te pedem Castoris. Aliquibus  
 etiam Τρόπος ☉ dicitur, quod in-  
 dicet in proximo adesse Solis  
 conversionem. Προτρυγητής vel  
 προτρυγητής Prævindemiator in  
 alâ virginis, quæ ante autu-  
 mnū oritur. Στάχυν Spica ηχ. Σύν-  
 δεσμος ☉ nod⁹ lini. Ὑδροχέως & ὕδρο-  
 χός ☉ Aquarius. Ταῖδες Hyades, in  
 capite Tauri, ἀπὸ τῆς ὕεσσις à pluē-  
 do, quod ortu suo largos im-  
 bres cieant; vel à græcâ litera  
 Υ ψilon, quam sua disposi-  
 tione adumbrant. Φάτινη. Præse-  
 pe nebulosum in cancro.

32. Occurrunt & aliqua stellarum nomina in Hebræis voluminibus, nempe Job. 38. vers. 31. Esai. 13. v. 10. Amos. 5. vers. 8. præsertim verò Job. 9. v. 9. ubi omnia quatuor coercervantur, Asch, Kefil, Kimah, & Chadre-Theman. de quibus tamen magna est dissensio inter Interpretes. B. Hieronymus vertit Arcturum, Oriona, Hyadas & interiora Austri: atque videtur rem propius tetigisse. Nam R. Abrahamus Aben Ezra, qui solus ferè inter Judæos Commentatores minimè desipit, cum primis verò Astronomicæ rei peritissimus fuit, in suo Perusch super locum Amos, ex Etymis ità probabiliter explicat: **ASCH** est plaustrum quod vocatur **URSA** (vel *אֲשֵׁי*) vicina polo boreo;



boreo; proinde apparet semper tam  
 æstate quàm Hyeme, in omni clima-  
 mate septentrionali, & denominatur  
 sic à radice **U S C H** (quæ congregare  
 significat) quoniam illarum septem  
 sunt, neque ab invicem separantur.  
 at ecce **K E S I L** est ex opposito **kimah**,  
 neque unica tantùm sed plures; inter  
 quas etiam Cor Scorpij. Sententia  
 majorum nostrorum fuit, quòd **K I-**  
**MAH** sit inter caudam Arietis & ca-  
 put Tauri, nempe sex stellulæ eviden-  
 tes, quantumvis parvæ: hoc est  
 plejades quæ (juxta versum  
 Ovidij) septem dici, sex tamẽ  
 esse solent, Existimat autem  
 Rabinus ille, quod scriptura  
 per hæc stellas, **KIMAH** &  
**K E S I L** Æquinoctia potius de-  
 signet, quæ ipsis olim, tempore  
 Jobis proxima fuerint: quoniam  
 singulis centum annis movetur cir-  
 culus signorum ab occasu in ortum  
 ferè

ferè sesquialternis gradibus. Quod mihi verisimile videtur: quamvis motum præcessionis æquinoctiorum nondum ita præcisè definitum esse sciam. Est propè polum australem stella quædam magna & rutila, quæ lingua Ismaëlitarum vocatur SAHIL (Si Arabicam orthographiam spectemus, scribitur recti<sup>9</sup> Suhilon; estque qui alias Canopus dicitur, in remonavis) & sunt stellæ minores ipsi vicinæ, quæ cernuntur aliquando, si quis proficiscatur versus Æquinoctialem; at septentrionales non vident ullam ex eis: Propterea nominavit eas scriptura CHADRE-THEMAN, h. e. penetralia Aultri.

33. Nisi Arabicæ appellationes stellarum etiam in latinis authoribus prævulgatæ essent, potuissem recitatione illarum



larum superfedere. Nunc autem quando in tantum depravatae sunt, ut vix amplius agnoscantur, visae sunt meam quoque medelam desiderare: praefertim postquam in hos & con-  
 similes usus publico bono, novos nuper typos meâ manu paravi. Quid autem mirum si in  
 tam profunda hujus linguæ ignorantia; quæ hactenus Europeos occupavit, scribantur  
 perperam? cum nè nominibus quidem authorum, librorum-  
 vè titulis fors melior contingerit. Ecce quomodo ex græco  
 ἰωππερχο factum sit primò Ara-  
 bicū Ibbarchus (duplīci P. quod  
 ipsis semper aspiratum est, in  
 B. dagestatum converso) dein-  
 de absentib⁹ genuinis vocalib⁹  
 pravè lectū per Abrachis. Item  
 ex in-

ex inscriptione Ptolemaica  
 Σύνταξις μεγίστη, præmissio articu-  
 lo natum illud barbarum Alma-  
 gestum, ipso penè sono tremen-  
 dum! nihilo tamen propterea  
 cunctantius hoc Augiæ stabu-  
 lum subibo; modò ut Astrono-  
 morum hac ratione gratiam  
 inire queam; de quorum stu-  
 diis vel sic benè mereri posse  
 gaudeo. Animadvertat inte-  
 rim Lector, quomodo plerisq;  
 Articulus AL (vel pro consue-  
 tudine regionis pronunciatus  
 EL) aliquibus etiam vocalæ  
 R A s caput, C A L B C O R, D E N E B cauda  
 &c. præpositæ sint.

Abracheleus, compositum ex  
 Arabico Ab Pater, & Græco  
 Ἡρακλῆς Hercules, sic nomina-  
 tur Castor, h. e. geminorum  
 inferior, vel ex eo simpliciter,  
 altero puncto Jod amisso.



Afelar vel Aphellar, ex Græco Ἀπόλλων, quo nomine aliqui Pol-  
lucem, h. e. geminorum supe-  
riorem appellant, r. est ex im-  
perfecto n. plus verò corrum-  
punt, qui Anhelar legunt.

Afeichus, depravatū ex græ-  
co, ὀφειχῶ. In hisce tribus ab-  
sentia vocalium peperit tam  
distortam lectionem.

Acharnar, pro Achiron-nah-  
ri, h. e. ultima fluvij sc. Erida-  
ni, convenit cum Hebræo  
Acharón-hannahár.

Alacrab, vel cum ultima vo-  
cali, (quæ tamen in translatis  
ferè semper omitti solet) Ala-  
crabo, est Scorpius, & conve-  
nit cum Hebræo Akrah. Malè  
quibusdam scribitur Alatrab.

Elarneb, vel Arabicâ termi-  
natione Alarnebo. est lepus,  
ex hebræo Arnæbhæt.

Alesid, pejus Alezet. legendum Alafado: estque Leo.

Afida, fœminium prioris, significat leenam, sed usurpatur in globis pro Bestiâ Centauri vel Lupo: legiturque rectius Afedaton.

Azimech, spica virginis. lege cum aspiratione & per t. huzimethon. est enim à radice chazama, & significat manipulum vel fascem scil. aristarum. Deterius alicubi scribitur Alzimon: & tribuitur comæ Berenices.

Aramech, potius cum solari r. duplicato, Arramicho; significat hastatum, notatque Bootem, vel ejus interceptum Arcturum. Oritur ex Hebræo Romach, lancea.

Beten ketos, rectius Batnolkitosi,



kitofi, hoc est venter Ceti, ex  
Hebræo Βατᾶν, & Græc. Κῆτῶ.

Cheichius, ineptissimè pro  
Chiphus; quod manifestè or-  
tum ex Κηφεύς Cepheus.

Deneb elezid vel elafit: neutrum  
prorsus rectè, sed potius Dhan-  
bol-afadi, hoc est, cauda leo-  
nis. Ex Hebræo Zanabh, Zain  
pro more in Dhal punctatum  
sive blæsum converso.

Deneb adigegi, rectius Dhan-  
bod-digageti, hoc est, cauda  
gallinæ. sic vocant Cygnum.

Deneb algedi, lege potius  
Dhanbol-gædij cauda capri  
vel capricorni. ex Hebr. Gcdi,  
Hœdus.

Deneb ketos, Dhanbol-kitofi,  
cauda ceti, singulæ voces jam  
pridem sunt explicatæ.

Alderaimin, brachium dex-  
træ

trum, scilicet Cephei. Ex Hebræo, Hazzedóa-hajemanith. Zain rursus in Dhal converso. Legendū est Addherao-jaminon.

Aldebaram, lege Debiron, vel cum Articulo Abdebiru ductor, qualis est Alluph, bos in suo grege. sic denominatur oculus Tauri.

Edeleu, verius Addelvvu fitula, scilicet Aquarij, qui & hebræis est Delî ab hauriendo.

Dubhe, vel Dubon Ursus in gen. Masc. Et cum epithetis differentiæ causa: Dubol-achbaro, ursus major.

Dubol-azgaro, ursus minor, quasi Dobh Hazzair.

Enif alpheraz, lege Anipholpharasi, nasus equi scilicet Pegasî. Ambo sunt ex hebræis; hoc ex Parasch eques: & illud ex Aph,



ex Aph, Nun chaldeo more re-  
ducto.

Fontabant, vel Fumahant vel Fo-  
mahaut omnia pravissimè: re-  
ctius verò Phomol-chuti, hoc  
est, os piscis scil. notij. Est enim  
& Chaldæis Pum, os.

Geuze, vel cum articulo Al-  
gauza Nux, Aezóz Hebr. sic  
nominantur tres parvulæ in  
capite Orionis, quia instar nu-  
cum in ludo puerili disponun-  
tur, wie ein häufflin Nuß / .:.  
(vel Hebræum Sægolta.:.) Vn-  
de & Latini Juglandem, alij ju-  
gulam stellam vocant. Non-  
nullis putantur esse capita Ge-  
minorum; sed perperam. ha-  
bent enim alias appellationes,  
quas supra jam adduxi.

Algebar, vel plenè Algebaro;  
Heros. i Gbbór Hebr. cognomē  
Orionis. D Alge-

Algedi, Algedio. Capricornus, ut supra.

Algethi, Algathio: procidens, hoc est, Hercules ἐγγόνασιν. Ideoque additur plerunque Alai rochbatihi super genua sua, Al-Birchav.

Algenib, algænbo, latus scil. Persei. sine articulo quibusdam Chenib: aliis pejus etiam Cheleub, quasi canē notaret.

Algomeyfa, Algomyso; Sycomorus, ficus sylvestris. sic appellant Procyonem: nec scio quare. forsan quòd hanc arborem ejus loco nonnulli pingant. Nisi quis potius Alchamyzo per Z scribere malit, quod tostum vel assatum significat, & in illius sideris æstum quadraret.

Algorab, plenius Algorabo  
Corvus



Corvus. Orebh Hebr. ab obscuro seu nigro colore. Sed Arabicè punctatum Ain enunciatur duriusculè ferè ut G. Inde est & nostrum *Grapp* oder *Kapp*.

Alhaiot, hircus ex Hebræo Attudim, legatur plenè Alatudo.

Elhabor major, subintellige Kelbon canis, & lege Alachbaro.

Elhamel, Aries, convenit cū vernaculo *Hammel*: sed pronunciarur rectius Alchamalo.

Inkalurus, baculus Bootis, quòd olim esset ἐν τῷ κολῆρω, hætenus verò Æquinoctij præcessione multùm inde remot<sup>9</sup>.

Aliemini, sive Aliaminio dexter. Sic etiam denominatur Syrius vel canis major, quia

meridionalis est respectu minoris. Nam Hebræis & Arabibus, qui vultu ad orientem converso adorant, in dextra est Auster, Septentrio in sinistra.

Elketos, Cetus, κη̄τ⊙ ut supra.

Elkis, aliis alches, & rursus aliis alhas, rectius tamen Alkaso, Poculum, Crater. Oritur ex Hebræo Kós, quod notum est ex vulgatâ chria R. Eleasari; quælibet cognosci Bakkís, Bakkós, Bakkáas, ex oculis, poculis, & oculis.

Leschat, laschaton, morsus vel aculeus Scorpij.

Markab, plenè markabon: ephippiũ Hebr. Mærkabh, stragulum, cui inequitamus. sic illis vocatur stella, quæ nobis est in alâ Pegasi.

Marfic.



Marfic, Marfikon axilla: in dextro Herculis cubito.

Mizan, midfanon bilanx  $\frac{a}{b}$  libra, ex Hebr. Mozenáim, quasi utrinque aurita.

Mirac, Mirar, Miraz, omnia corruptissimè: rectius Mizar, vel nominativâ terminatione Mizaron, Cingulum scil. Andromedæ. Hebr. Azód, præcinctorium. Mem est servile.

Menkar, Minquaron; mandibula. lucidior in ore Ceti à radice Nakár rofit.

Mellef, Mallephon, conglomeratio. Nebulosum præsepe in Cancro, quia constat ex pluribus minutioribus. Etiam Chaldaicè Lephaph, involvere sonat.

Nahar, Nahron: Hebr. Nahár fluvius, Eridanus. alias etiam Gyon.

D 3 Al-

Alphas, Alpharaso, Equus  
scil. alatus ille Pegasus, ut su-  
pra.

Alphecca, Alphakacho, flos  
apert<sup>9</sup>, sic dicitur gemma Gno-  
sia in Septentrionali Coronâ:  
quæ ipsis est sertum floridum  
sive corolla. Aliis scribitur  
Alpheta, quasi non à Pakách, sed  
cognatâ radice Pathach, descē-  
deret: quod fanè parùm re-  
fert.

Kalbalacrab, rectius Kalbol-  
akrabi, Cor scorpij; Antares.

Calb elexid, melius Kalbol-  
asadi, Cor Leonis; Basiliscus  
vel Regulus.

Elkuschu, Alkavvso, Arcus  
Sagittarij: non multum abest  
ab Hebræo Kæschæth.

Rasalgethi, Rasol-gathij Ca-  
put procumbentis, hoc est,  
Hercu-



Herculis. Quid subintelligatur, inquire supra.

Ras algol, Rasolguli, caput attenuationis. sic Medusæ vocatur, ob maciem. Exfugitur enim à spiris anguium, quibus oblitum est. Judæi appellant Rosch-hallilith, caput strigis, vel dæmonissæ cujusdam Lilis, quæ quondam fuerit Adami concubina, nunc puerperis insidietur noctu, atque infantes excarnificet. Sic ab omnibus populis hoc sydus habetur pro infausto.

Rastaben, Rasotahbani, caput Draconis, à radice Thaáf, abominari.

Regel; Rigel, Riglon, pes scilicet Orionis sinister ex Hebr. Rægæl. Aliàs hæc vox absq; vocalibus scripta, etiam Ragulon

D 4 legi

legi potest, & sic Virum Arabicè, sive totum Orionem signaret.

Rukabah, vel cum articulo Alrukabah; rectius tamen Arucabatho: currus vel plaustrum. Hebr. Richbáh: sic non tam urfa minor tota, quàm extrema ejus stella, quæ polaris est, καὶ ἐξοχὴν vocatur. Nautis familiarissima: Italis verò quibus trans Alpes cernitur, La Tramontana dicta.

Alfartan, Assartano cancer, & Judæis, Sartán.

Afugia, Asschagio, audax, furibundus: Cognomentum Orionis. à radice Schagá Hebr. insanivit. Perperam ab aliquibus Hydræ tribuitur.

Scheat alferaz, Saidol-pharasi, brachium equi. stella quæ est  
in edu-



in educatione cruris Pegasei.  
Sic & Aquarius habet suum  
Scheat, recti<sup>9</sup> Saidon, h. e. crus,  
à radice Saád, h. e. fulciendo sic  
dictum.

Atanin, attanino, quibusdam  
est Draco; ut conveniat cum  
Hebræo Hattannin.

Attair, Attayro avis: sed híc  
in specie Aquila.

Altaur, Attayro Taurus, ex  
Hebr. Schór. Schin (ut apud  
multas gentes gentes, & infe-  
riores quoq; Germanos solet)  
in Tav blæsum mutato; unde  
etiam Chald. & Syrum Thór,  
item Græcum ταύρος & Lati-  
nū Taurus manifestè descen-  
dunt. Hinc porrò derivantur

Attoraia, quæ sunt Hyades,  
quasi Taurinæ. Quibus hunc  
Catalogum obfigno.

D s

Super-

Supereſt ut in ſpecie de hujus  
 Aſtroſcopij ratione & uſu aliquid  
 adjiciam. Quoniam igitur, ut in præ-  
 fatione monui, Globi ad id officium,  
 quo fungi maximè debuiffent, inepti  
 ſunt, cogitarunt jam olim diverſis  
 temporibus prudentes & rerum A-  
 ſtronomicarum periti artifices, an  
 ullâ commodiori ratione aliâ huic  
 negotio ſubveniri poſſit, atq; varios  
 modos ſunt commenti. Quidam  
 Aſtrolabio rem expedire conaban-  
 tur: at & hoc convexo, non cavo cœ-  
 lo congruebat. Præterea imagines in  
 medio nimis arctatæ, circa extremi-  
 tates enormiter diſtorquebantur.  
 Alij particularibus Schematiſmis do-  
 cere ſtellas aggreſſi ſunt; & quod in  
 tantæ dignitatis ſtaſtigio ſummè mi-  
 reris, ipſi Cæſares: nominatim Ger-  
 manicus, Auguſti per adoptionem  
 nepos. Verùm Imagines ejus, quas  
 nuper Hug. Grotius ex antiquiſſimo  
 MSto



MSto edidit, atque æri elegantissimè  
 alioquin incidi curavit, adeò deprava-  
 tæ sunt, adeò (ut ipsemet faterur)  
 toto Cælo aberrant, nec ut Germani-  
 ci genuinas esse credam, quæ ab ipsius  
 versibus tantoperè discrepant; nec  
 videam cur has ineptias non æter-  
 nùm abolere potius, quàm magno  
 sumptu publicare maluerit, vir cæ-  
 terà doctissimus. Multò cautius no-  
 strâ ætate stellas disposuit Joh. Baye-  
 rus in suâ Uranometriâ, opere qui-  
 dem diligentissimo, cùm figurarum  
 apparatu, tum multitudine stellarum  
 ornatissimo: at in quo id meritò de-  
 siderem, & ante me pridem alij cul-  
 parunt, quòd imagines astris perpe-  
 ram circumpictæ, & plerunque dex-  
 tra sinistris permutata sunt; unde plu-  
 rima in earum denominationibus  
 confusio est oborta. Nempè non su-  
 peficialiter tantùm eas invertere  
 debuisset, quales repræsentat averfa  
 papyrus oleo peruncta, vel quodvis  
 speculum; sed corporaliter; ut quæ


in convexo globo dorsum spectantibus objiciunt, hîc in cavâ descriptione faciem nobis obvertant. Sic apti<sup>9</sup> congrueret situs cum denominatione Prolemaicâ, & liber ampliori foret usui. Proinde cœpi & ego novissimè vires meas experiri, an ad stellarum notitiam adjumenti quid afferre valeam, nec reperi post cavû globum, quod studiosos faciliùs eò, manu quasi deducere queat, quàm hoc ipsum Astroskopium, in cujus unâ facie medietas cœli septentrionalis simplicissimè & ita depicta est, ut qui solum plaustrû noverit (quod à quovis rustico discere potest) reliquas omnes suâ serie dispositas confestim reperiât, suaque sponte, nullo negotio agnoscat. In alterâ, præter austrinam cœli medietatem (quâ quidem nobis est conspicua) cernitur etiam Rete quoddam orbiculare, vel cancelli circa Eclipticam, qui statim ex configuratione cum vicinis fixis monstrant, quo signo vel gradu, visus

aliquis



aliquis Planetes hæreat, & ita nudo aspectu id docent, quod aliàs operosis organis observatores laboriosè venantur. Oportet ergò Planetas à fixis probè discernere. Id quoniam inassuetis difficile est, en-trado eis simplices hæc Regulas diacriticas. **FIXÆ** 1. retinent eadem semper interstitia. 2. ferè omnes scintillant, secundum plus tamen vel minus. 3. dispersæ sunt passim in toto cælo. **PLANETÆ** contra 1. situs & configurationes suas ad vicinas citò mutant, uni accédendo, recedendo ab alterâ; quod ex collatione diversarum noctium facilè deprehenditur. 2. habent tranquillum lumen, constans, nec tremulum, nisi rarò. 3. nunquam egrediuntur hæc cancellos, aut latius divagantur ab Eclipticâ. Ideò semper & tantùm propè illam quærendi sunt. Ut autem & à se invicem dignoscas, sic habeto. Numerantur in universum septem. inter eos ☉ & ☾, quos jam ante nosti.

relinquuntur ergo quinque dijudicandi. Horum minimus ♀ Soli semper adeò propinquus est, ut aut sub ejus nimio splendore prorsus lateat absconditus, aut si paululum inde discedat, tyronibus tamen ob exilitatem vix observabilis sit. Altera ♀ etsi paulò longius à Sole recedat, nunquam tamen ei opponitur, sed semper aut vesperi apparet in plaga Occidentali, aut in Orientali manè: ac utrobique aureolis radiis facile agnoscitur. Reliquorum trium ruberrimus est ♂, splendidissimus verò ♀, pallidissimus denique ♀.



Redeo ad fixas, quas Astrosco-  
pium agnoscere principaliter docet.  
Illarum præcipuas tantùm posui, mi-  
nutoribus neglectis: & antarcticas  
quoque omisi. Quorsum enim in-  
conspicuis fatigaremur? Nec eas tan-  
tùm quæ totæ nobis occultantur, sed  
& quæ




& quæ ex parte maxima, ut Argo. Nam sufficit cæteras internovisse, eoque firmitus memoria tenere. In picturis nullum adhibui ornatum, hoc unice dans operã, ut stellæ quàm evidentissimè, negligent<sup>9</sup> verò imagines apparerent: & vicissim cavens maximè, nè artem alieno loco in tempestivè ostentarem; quod alij exigua cum utilitate factitarunt. Vulgus sanè admiratur eos tantùm globos, qui pulchrè ad voluptatem picti sunt: ego autem odi in hoc negotio umbrarum caligines, & multò pejus incrustationes colorum, quibus principale objectum, scil. stellæ obnubilantur, & amo hic exilia potius simulachrorum lineamenta. Ut itaq; nudissimo isthoc AstroscoPIO feliciter utaris, conglutina binas ejus paginas ita, ut recta linea quæ solstitij colorum repræsentat, utrinque congruat: mox ubi exsiccata fuerint, cultello ad centrum usque aperi. sic paratum erit organon. Postea in formam aromatarij

matarij cululli leviter convolve, &  
 umbone suo contra polum dirige.  
 Hujus situm si adhuc nescis, ad  
 scio-  
 tericon aliquod, id tibi gnomone suo  
 axem mundi indicabit: vel consule  
 Compassum, qui similiter ductu fili  
 polum monstrabit. Aut si meridia-  
 nam cœli faciem contemplaturus es,  
 è Calendario quære locum ☾, illius-  
 que gradum in reti repertum ita te-  
 ne, ut vero corpori lunari ad amuf-  
 sim correspondeat; sic & cætera ritè  
 locata erunt. Si jam aliquas insignio-  
 res stellas agnovisti, venare reliquas  
 imaginatione triangulorum, chara-  
 cterum, literarum, vel quacunque  
 ratione alia potes. Sed finis chartæ  
 conjicit me de pluribus dicturum,  
 eas in angustias, ut immaturius ab-  
 rumpere cogar. Quæ ergò de Horæ  
 nocturnæ facili cognitione, & con-  
 similibus materiis supersunt, ea in  
 commodiorem locum reservo. Hic  
 nunc esto,      F I N I S.

Aucta-





Auctarium  
 ASTROSCOPII SCHICK-  
 hardiani novo habitu in pu-  
 blicum prodeuntis.

**D**olendum fanè , & imis  
 sensibus dolendum , nobi-  
 lissimam Matheos Scientiam ,  
 UranoScopiam, Helenam illam ad  
 invidiam usque pulchram, an-  
 tiquitus tanto studio excul-  
 tam, tanto in pretio habitam,  
 tam raros hodiè invenire pro-  
 cos, multis quoque pro vili, sub  
 pedibusque jacere , atque etiam  
 curiositatis damnatam jacere,  
 ab iis, qui emunctioris esse na-  
 ris videri volunt. Augetur do-  
 lor seculi, cæteroquin literati,  
 torpore, quem tanta Instrumen-  
 torum facilitas & felicitas ex-  
 cutere

cutere non potest. Sanabit dubio procul & justum animi mœrorem nostrum, & inertem Mundi senescentis torporem Nova isthæc Astroscopij Schickhardiani, ad cognitionem stellarum apprimè commodi, Editio, hisce augmentis donata, & locupletata.

I. Artificum quidem modernorum Industria, in minutiis elegantiarum potius occupatur, quàm magnis structuris. Quia verò Instrumenta Astronomica, ob immensam Cœlorum quantitatem, quò majora sunt, eò meliora: ideoque in Theatrum Orbis literati producimus Astroscopium Schickhardi multò majori formâ adornatum, ut oculis caligantibus subveniamus, multorum desiderio



derio satisfaciamus, ipsamq; mentem Authoris prolixius exponamus.

2. Prodit hoc Astroscopium stellarum cumulo, & numero, in plagâ quidem Septentrionali XXXVI. in Zodiaco verò XLIII. In plagâ denique Meridionali XXVII. summatim CVI. auctius, quas ex observationibus quotidianis subindè locupletare cuivis fuerit in proclivi.

3. Damus insuper Asterismos Tres, recenter ab Artificibus inventos; Unicornu XVII. Gallum IIX. & Gruem VII. Stellis, omnes in plagâ Australi micantes.

4. Adjunximus Stellas novas, ultimis hisce temporibus non sine stupore in Cœlo visas; videlicet. I. Portentosam illam

Anno

Anno 1572. in signo Cassiopeæ,  
 nostræ Bathsebæ, exortam. 2.  
 Novam in pede Serpentarij, no-  
 stri Pauli 1604. fulgentem. 3.  
 Prodigiousam in pectore Cygni,  
 nobis propè Caput Christi nostri  
 cruxifixi, hærentem, An. 1600.  
 primitus visam, & hoc tempo-  
 re, salvis oculis acutioribus,  
 nobis vix amplius observabi-  
 lem. Et denique 4. Comeram,  
 præfagum illum totius Ger-  
 manix *πανολεθρίασ* anteambulo-  
 nem, qui Anno Christi 1618.  
 mole quidem corporis non ad-  
 modum vastâ, sed cauda prælon-  
 ga, magnum Cœli tractum oc-  
 cupans, se nobis conspicien-  
 dum præbuit.

5. Omnes & singulas Stel-  
 las Sphæræ octavæ, quam A-  
 stroscoPIO hoc adumbramus,  
 præter



præter gyrum diurnum, quem intra 24. horarum spatium, circa Polos Æquinoctialis, rapidissimo cursu absolvunt, peculiari etiam, eoque lentissimo motu, secundū Polos Eclipticæ ferri, & singulis Annis LXX. circiter uno gradu à punctis Æquinoctiorum recedere, ideoque sedes antiquas immutasse, etiam Tyronibus innotuit; sciant itaque Astrophili, nos præsentem Stellarum metriam, quantum per Chartarum angustiam licuit, ad rationem hujus temporis accommodasse, & singulas Stellas uno fermè gradu Orientaliores posuisse.

6. Magnitudines insuper stellarum, quas Astroscopij Schikhardiani exilitas adeò evidenter ob

ter ob oculos ponere non potuit, in VII. Classes distributas, (septimã autem Classẽ constituant Nebulosæ) ex Catalogo Tychoniano, Kepleriano, & Argoliano, haud indiligenter expressimus, quas Tabella magnitudinum plagæ Boreali affixa, subministrabit.

7. Distribuimus præterea univèrsũ Astroscopium in XII. Domos & Regiones Cœlestes, Dodecatemoria antiquitus appellatas, Signis suis imaginariis, & Lineis subtilissimis expressas, quas si penitus observaverit Astrophilus, à Polo Septentrionali, per Zodiacum, ad Polum Meridionalem ductas, & cuilibet Regioni Asterismos suos, & Imagines assignaverit, binas hæc Tabulas collate-



collaterales facili-  
nabit, in hoc negotio pensum  
suum absolvet ad votum, tri-  
busque concatenatis noctibus,  
quod sanctè pollicemur, ex  
Concavo hoc Astroscopio, in  
Stellarū cognitione plus pro-  
ficiet, quàm alij indefessis triū  
Mensium vigiliis, ex Globo con-  
vexo hactenus assequi vix po-  
tuerunt.

8. Zodiaci quoque Gradus  
Longitudinis CCCLX, & Latitudi-  
nis XVI. gradus posuimus, ad-  
ditis Dodecatemiorum se-  
gmentis; Monet tamē Andreas  
Argolus, Patavinus Mathema-  
ticus lib. 1. Ephemerid. cap. 21.  
Latitudinem Veneris hodiè plus  
grad. 9. existere, ideoque Zo-  
diacum grad. 20. latum esse de-  
bere.

9. Omnes

9. Omnes Asterismos Nominibus Novis, maximam partem Sacris, profanis Gentilium subordinatis, piè insignivimus.

In Zodiaco : Aries, nobis est cum Schickhardo, Sacer ille Abrahamæ. Isaci loco mactatus. Gen. 22. vers. 13. Taurus Israëliitarum Sacrificialis, Levitic. 1. vers. 3. Gemini, Jacob & Esau. Fratres Uterini. Gen. 25. v. 25. Cancer, Mysticus ille Militis Christiani Ephes. 6. vers. 14. Leo, de tribu Juda. Apoc. 5. vers. 5. Virgo, Maria Semper-Virgo, Luc. 1. v. 28. Libra, quâ Jehovah examinavit Belfazar. Dan. 5. v. 27. Scorpius, cujus morsus & ictus fenserunt in deserto Israëlitæ Deut. 8. vers. 15. vel quem Rehabeam Rex subditis fuit interminatus 1. Reg. 12. vers. 11. Sagittarius,



gittarius, Ismaël tela exercens  
 Gen. 21. v. 20. Capricornus, Hir-  
 cus Afasel, sive Emissarius. Le-  
 vit. 16. vers. 8. Aquarius, Naëman  
 aquis immerfus Jordanæis. 2.  
 Reg. 5. v. 14. Pisces duo Christi,  
 quibus quinq; virorum millia  
 miraculosè cibavit. Joh. 6. v. 9.

In plaga Boreali, binæ Gen-  
 tilium Ursæ, sunt nobis Chri-  
 stianis, illi duo Ursi lacerantes  
 quadraginta duos pueros Em-  
 pectæ Elisæ, 2. Reg. 2. vers. 24.  
 Ursæ major, ignei currus vicem  
 sustinet, quo in Cœlestem Pa-  
 triam Elias miraculosè repor-  
 tatus est, 2. Reg. 2. v. 11. Minor  
 verò Ursæ, Jacobi Patriarchæ  
 plaustrum refert, quo citato  
 curru, Ægyptum petiit, Ge-  
 nef. 45. 27. c. 46. 29. Terri-  
 bilis specie tortuque Draco, vel

E Infer-

Infernalis Draconis vastam &  
 tortuosam imaginē; Apoc. 12.  
 vers. 3. 9. vel Draconis Beli im-  
 manem rictum & hiatum re-  
 fert. Fragm. Dan. 14. vers. 22.  
 Stellas<sup>9</sup> Cepheus, Rex Aethio-  
 pum, aurea Salomonis Sceptra  
 nobis in memoriam revocat,  
 cujus magnificentiam Æthio-  
 pum regina attonitè demira-  
 batur, 1. Reg. 1. v. 39. c. 10. 1.  
 Rigidus & nigricans Bootes, ro-  
 bustum Venatorem Nimrodum  
 nobis suggerit, qui scelerata  
 spicula in imbellem Auroræ  
 Cervā (quæ est Christus) con-  
 torquet, Genes. 10. v. 9. Ps. 22.  
 vers. 1. illamque Molosso suo,  
 Arcturo persequitur, Joh. 9.  
 vers. 9. Binis hisce ἀμώεφοισ olim,  
 hæc dare formam placuit. Berenices  
 Capillum, Conon Mathematicus  
 in gratiam mariti in fide-



raretulit, qui formosam Abso-  
 lonis comam nobis effingit. 2.  
 Sam. 14. v. 26. Fulgida Cœli  
 Corona, Regis Ahasveri, vel  
 Xerxis, Coronã splendentem  
 adumbrat, quam adamatæ suæ  
 conjugii Estheræ imposuit. E-  
 sther. 2. v. 17. Hercules, ille ma-  
 gnus ferarum domitor, nobis  
 intrepidũ Samsonem exprimit,  
 qui magnis ausis inclitus, Leo-  
 nis pectora gessit. Jud. 14. v. 6.  
 c. 15. 15. Cadens vultur, illius ve-  
 titi vulturis memoriam nobis  
 reducit, cujus mentio extat  
 Levit. 11. v. 14. in istius pectore  
 Apollinis Lyra promicat, quæ Da-  
 vidis canoræ Lyre assonat, cujus  
 etiam percussione Melancho-  
 licũ spiritum à Saule expulit.  
 1. Sam. 16. v. 23. 2. Sam. 6. v. 5.  
 Cygnus posset vocari olor Hulli,

qui ad rogū ductus augurabat:  
 Post centum annos veniet Cy-  
 gnus, quem affare non poterit-  
 tis: vel ille Mosaic<sup>9</sup> Levit. II. 17.  
 Radiofa Cassiopeja, nobis Bath-  
 sebam ponit ob oculos, magni-  
 ficè in regia sella constitutam,  
 Filio Salomoni latas claudens.  
 2. Reg. 2. v. 19. Perseus Medusam  
 Harpe suâ occidens & Andro-  
 medam liberans, Davidem He-  
 roem notat, qui fulgenti gla-  
 dio immanem Goliathum de-  
 collavit, illiusq; caput, omnib<sup>9</sup>  
 Israëlitis ostentui dedit. 1. Sa-  
 muel. 17. v. 51. Auriga vel Erich-  
 thonius Patriarchæ Jacobi ima-  
 ginem exprimit, Gen. 30. v. 36.  
 apparent ibi bini Jacobi Hædi,  
 quorū pelliculis indutus Be-  
 nedictionem à Patre obtinuit.  
 Gen. 27. v. 16. Ethnicorum Ser-  
 penta-



pentarius, divum Apostolū Paulum producit, cui minacis viperæ assultus, in Melitâ nihil nocuit. Act. 28. v. 6. Aquila Imperii Romani Symbolum, vel etiam Christi Typus est, Ez. 1. Sagitta Jonathæ telū representat, fidi amici auguriū. 1. Sam. 20. v. 35. Ganimedes, servulus est, sagittas Jonathæ colligens. 1. Sam. 20. v. 35. Pegasus cū pernicipibus suis alis Babyloniorum alatos equos nobis ostendit, quos Jerem. c. 4. v. 13. volociores Aquilis Judææ minatur. Equuleus nobis Historiam Regis Joas insinuat, qui septennis equuleo invec<sup>9</sup> regni habenas suscepit 2. Reg. 11. v. 16. vel Christi Asinam, quâ Hierosolymã est ingressus. Johan. 12. v. 15. Andromeda sustinet Abigaëlis imaginem, quæ A-

E 3 maleci.

malecitarum vinculis captiva  
 ducebatur, 1. Sam. 30. v. 5. per  
 Delphinum intelligimus curvos  
 Delphinos, quos regius psaltes  
 Psal. 104. v. 26. in mari ludere  
 dicit. Triangulum S. S. Trinitatis  
 Typum gerit, Matth. 3. v. 17.  
 Apis illa Hymetti populatrix,  
 & mellifera, cujus laudes me-  
 morat Syr. c. 11. v. 3.

Inplaga Australi, nobis Cetus  
 est Jonam deglutiens, & revo-  
 mens. Jon. 2. vers. 1. Eridanus,  
 Jordanes mirandum & à Deo  
 imperatum exercitui Israëli-  
 tarum transitum indulgens.  
 Jos. 3. vers. 14. Lepus ille Levi-  
 ticus. c. 11. v. 6. à cujus carne  
 abstinere debuit populus Dei;  
 Orion, Josua, Dux Israëlis Ma-  
 gnanimus c. 1. v. 1. Sirius imma-  
 nis ille Molossus, qui cum fo-  
 ciis suis crudelissimæ Jezabelis



carnibus ventrem suum iratum placavit. 2. Reg. 9. v. 10, 35, 36. Procyon, canis mollibus lusitans blanditiis Tob. II. v. 9. Hydra, Serpens æneus; Typ<sup>9</sup> Christi in Crucem sublati. Num. 21. vers. 9. Crater vel Josephi præfagiis clarus: Gen. 44. vers. 5. vel Sacræ Synaxi destinatus. Matthæi. 26. v. 27. Corvus: sive eligas illum Noachi ex Arcâ avolantem, Gen. 8. vers. 7. sive illum Eliæ, divini vatis famem pane & carnibus solantem. i. Reg. 17. vers. 6. Corona illa gemmifera, regium & victoriosum Davidis caput non tam exormans, quàm aggravans. 2. Sam. 12. vers. 30. Piscis Notius, cum lucidâ suâ Fomahant, nobis, Piscis Staterem in ore ferens, non sine miraculo ad occultum

tum Petri hamum decurrens.  
 Matth. 17. ult. Gruem nos ap-  
 pellamus, sagacem illum tem-  
 poris observatorem. Jerem. 8.  
 v. 7. Unicornu Mosaicum, ro-  
 bur tribus Josephi præfagiens,  
 Deut. 33. v. 17. Gallum Petri la-  
 bentis monitorem Matth. 26.  
 vers. 75.

10. Nova quædam nomina,  
 Novas etiam Imagines quasdam  
 postulabant, quibus cum pri-  
 mis plaga Borealis est condeco-  
 rata. Vides ibi Davidem de Golia-  
 tho triumphantem; & Abigail  
 uxorem ejus catenis Amalecita-  
 rum alligatam; ut & Salomonem  
 regio ornatu munitum; & Bath-  
 sebam Matrem ipsius in Thro-  
 no regali, Diademate coruscan-  
 tem, & Palma pacem imperan-  
 tem. Hanc enim Familiam Sa-  
 cram Davidis, & Abigail, Bath-



sebæ & Salomonis, isti prophana, Persei & Andromedæ, Cephæi & Cassiopeæ substituere placuit. Vides ibi Nimrodum, utpote Venatorem, Venabulo, Cane Venatico, Cerva, & simul Monarcham Diademate superbientem; Jacobum Patriarcham vestibus pastoralibus indutum; Simsonem maxillâ, fago & scepro militari vim hostibus minitantem. Vides ibi Typum S. S. Triunitatis, cui accedit quarta Stellula, quæ Humanam quoque Christi Naturam in Consortiû ejus assumptam, admodum concinnè repræsentat: nec non in Cygno Crucem Salvatoris: ut Memoria Crucifixi in te quotidie crucifigat omne vitium. Vides ibi Jacobû in Ægyptum, Eliam in Cœlum, ambos  
 citis

citis quadrigis tendentes; Paulū amictu Apostolico velatum, & deniq; Ganymedem habitu ser-  
vili ad Imperia Heri sui para-  
tum. Imagines suas Schick-  
hardus negligentius figuravit,  
nè loco alieno artem ostenta-  
ret, nos, uti speramus, dili-  
gentius, eò tamen utrinq; col-  
limantes unicè, ut stellæ evi-  
dentius prælucere, & acres  
oculorum obtutus penetra-  
lius ferirent.

II. Ut denique illi etiam  
subleventur, qui Ephemeridi-  
bus destituti, Planetarū loca cer-  
tius nosse gestiunt, subjungere  
placuit Tabellam hanc Synopti-  
cam, undè sciant Sellarum In-  
dagatores, ubi locorū, & in quo  
signo, quemlibet Planetā pro-  
ximis hisce annis quærere debeant.

Satur-



♄ Saturnus.  
Grad.

27. ♃ 1. Jan. 1646.  
o. ♄ 15. Fpbr. 1646.  
10. ♄ 8. Maij. 1647.  
R. 18. ♄ 22. Aug. 1647.  
D. 10. ♄ 3. Jan. 1647.  
20. ♄ 23. Apri. 1647.  
o. ♀ 16. Julii. 1648.  
29. ♄ 23. Oct. 1648.  
24. ♄ 19. Jan. 1648.  
o. ♀ 5. April. 1648.  
10. ♀ 21. Jun. 1649.  
R. 16. ♀ 17. Sep. 1649.  
D. 8. ♀ 31. Jan. 1649.

♃ Jupiter.

R. 27. ♀ 1. Jan. 1646.  
D. 25. ♀ 10. Feb. 1646.  
o. ♀ 8. Apri. 1646.  
10. ♀ 30. Maij. 1646.  
20. ♀ 14. Jun. 1646.  
o. ♀ 31. Aug. 1646.  
R. 7. ♀ 14. No. 1647.  
D. 28. ♀ 16. Mar. 1647.  
o. ♀ 21. Apri. 1647.  
10. ♀ 22. Jun. 1647.  
20. ♀ 7. Aug. 1647.  
o. ♃ 24. Sep. 1647.  
R. 8. ♃ 15. Dec. 1647.

D. 29. ♀ 17. Apr. 1648.  
1. ♃ 10. Maij. 1648.  
10. ♃ 18. Jul. 1648.  
20. ♃ 4. Aug. 1648.  
o. ♀ 22. Oct. 1648.  
R. 9. ♀ 15. Jan. 1649.

♂ Mars.

9. ♃ 1. Jan. 1646.  
o. ♀ 29. Jan. 1646.  
o. ♃ 8. Mar. 1646.  
o. ♃ 16. Apr. 1646.  
o. ♄ 25. Maij. 1646.  
o. ♀ 6. Jul. 1646.  
o. ♀ 20. Aug. 1646.  
o. ♀ 14. Oct. 1646.  
R. 14. ♀ 7. Dec. 1647.  
D. 24. ♀ 26. Feb. 1647.  
o. ♀ 28. Mar. 1647.  
o. ♃ 3. Junij. 1647.  
o. ♀ 24. Julij. 1647.  
o. ♃ 8. Sep. 1647.  
o. ♃ 21. Oct. 1647.  
o. ♃ 1. Dec. 1648.  
o. ♀ 9. Jan. 1648.  
o. ♃ 16. Feb. 1648.  
o. ♃ 26. Mar. 1648.  
o. ♄ 4. Maij. 1648.  
o. ♀ 14. Jun. 1648.  
o. ♀ 27. Julij. 1648.  
o. ♀

o. $\Omega$ 12. Sep.	o. $\Pi$ 23. Apri.
o. $\text{m}\gamma$ 6. Nov	1. $\text{g}\beta$ 18. Mai.
R. 18. $\text{m}\gamma$ 9. Jan.	o. $\Omega$ 12. Jun.
1649.	o. $\text{m}\gamma$ 7. Julii
$\text{f}$ Venus.	o. $\text{h}$ 2. Aug.
3. $\text{X}$ 1. Jan. 1646	o. $\text{m}$ 29. Aug.
o. $\text{V}$ 24. Jan. 1646	o. $\text{+}$ 29. Sep.
o. $\delta$ 24. Febr.	R. 18. $\text{+}$ 4. No.
R. 17. $\delta$ 31. Mar.	D. 4. $\text{+}$ 14. Dec.
D. 1. $\delta$ 13. Maij.	o. $\text{h}$ 26. Jan. 1651
10. $\delta$ 5. Jun.	o. $\text{m}$ 24. Feb. 1651
o. $\Pi$ 29. Jun.	o. $\text{X}$ 22. Mar.
o. $\text{g}\beta$ 28. Juli.	o. $\text{V}$ 17. Apri.
o. $\Omega$ 23. Aug.	o. $\delta$ 12. Maii.
o. $\text{m}\gamma$ 18. Sep.	o. $\Pi$ 6. Junij
o. $\text{h}$ 12. Oct.	o. $\text{g}\beta$ 1. Julij
o. $\text{m}$ 5. No.	1. $\Omega$ 26. Julij
o. $\text{+}$ 29. No.	o. $\text{m}\gamma$ 19. Aug.
o. $\text{h}$ 23. Dec.	o. $\text{h}$ 12. Sep.
o. $\text{m}$ 16. Jan. 1647.	o. $\text{m}$ 6. Oct.
o. $\text{X}$ 9. Feb. 1647.	o. $\text{+}$ 29. Oct.
o. $\text{V}$ 5. Mar.	1. $\text{h}$ 23. No.
o. $\delta$ 29. Mar.	1. $\text{m}$ 17. Dec.


Cætera, quæ forsitan hîc desiderabit Astrophilus, ipsa Cœli radiantis mappa subministrabit, & Exercitationis assiduitas compensabit. Sed nunc manum de Tabulâ!

(spectet,

Qui negat esse DEUM, Cœli mox sidera  
Sidera qui spectat, non negat esse DEUM!

F I N I S,















Pa 1283

ULB Halle


3

004 353 870



D

Witz m. C.




*[Faint, illegible text, possibly a library stamp or title fragment]*

P  
14







Farbkarte #13

B.I.G.

8	7	6	5	4	3	2	1	0
19	18	17	16	15	14	13	12	11
10	9	8	7	6	5	4	3	2
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18
19	20	21	22	23	24	25	26	27

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Grey	Black
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Grey	Black

ASTROSCOPIUM.  
Pro facillimâ stellarum  
cognitione noviter excogitatum, & commentario  
lo illustratum:  
à  
WILHELMO SCHICKARDO,  
Sanctæ Linguæ apud  
Tubingensæ Professore  
publico.  
Nunc demum in commodum  
Reipublicæ Literariæ  
locupletius adornatum.  
STUTTGIARDIÆ.  
Typis Kauttianis:  
Anno Christiano:  
M. DC. XLVI.